Staats- und
Universitätsbibliothek
Bremen

Gefördert durch
DFG Deutsche
Forschungsgemeinschaft

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

'DFG-Projekt "Personales Gelegenheitsschrifttum in der SuUB Bremen (16. bis 19. Jhd.). Digitalisierung und Erschließung."

Rector & Professores P. Illustris Scholæ Bremensis Lectori S.

Löning, Georg

[Bremen], 1744-08-18

VD18 91018137

Staats- und Universitätsbibliothek Bremen

Signatur: brem.a.0619-39

urn:nbn:de:gbv:46:1-180963

Visual Library

RECTOR & PROFESSORES P.
ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

Commercia uti fulcra ſunt ſalutis rerumpublicarum, ſi cum ſcientiis excolantur ab incolis induſtrie, dum illa rerum gerendarum nervum aſſerunt, ut hæ vitalem illis induunt ſpiritum, ſic olim à primordiis civitatum, celebrata atque plurimæ laudis fuerunt materies. Herculem quis ignorat? Inter Deaſtros relatus eſt & fortia atque generis humani flori ſubſervientia quælibet facta quæ in admirationem rapuere ſpectantes poſterosve, herculea vulgari appellata ſunt nomine. Fabulis Mythologorum, quos Græcia mendax tulit, ſi crederemus, portentum eſſet merum Hercules, neque deprehenderemus unquam aut uſpiam quod ei reſponderet; tot enim diverſos prorſus recenſuit illorum ad fictiones proclivitas, ut quadraginta tres memoret Varro. Verum ſi ad fontes, unde fabularum rivuli promanarunt aſcendamus & illos uti decet in Oriente inveſtigemus, mox [illegible] poſt diluvium inter Chami, ex Noachica propagine, poſteros, cum plurimorum Mythorum, Herculis atque celebrium illius operum originem, in commerciis à Cananæis per orbem prolatis deprehendemus, authoribus autem ſuis linquemus expoſitiones phyſicas atque morales, quas increſcente ſimulacrorum cultu, præter veritatem hiſtoricam his involucris obtectam, invexit Theologia ut dicitur phyſica & ſacrificulorum paganorum calliditas. Hiſtoria orbis terrarum & generis humani recentis quaſi poſt diluvium latet ſub iſtis peplis, ad gentium orientalium efformatis, à quibus cum artibus literæ diffuſæ ſunt per cultas, ab alia progenie ſed ſimpliciore, mundi regiones. Inclaruere in priſco ævo tres celebriores Herculei nomine ſed ex diverſis nationibus viri, Ægyptius nempe Thebanus & Cretenſis quos DIODORUS SICULUS deſcribit, & ante illum CICERO (*de Nat. Deorum Lib. III. c. 16.*) qui tres alios addit quos inter ſunt Tyrius, Phœnicius atque is qui ex antiquiſſimo Jove natus erat, *plures enim* ſubjungit, *Joves in priſcis Græcorum litteris invenimus & à Græcis accepimus.* Vel hoc ipſum nos ad hiſtoriam antiquiſſimarum gentium manuducit, inprimis ſi attendamus apud Mythologos, qui illorum atque aliorum geſta commiſcuere, alia eis attribui nomina, dum Tyrius appellatur *Thaſius*, Phœnicius vero *Deſanaus* vel *Agenor* vel *Melicarthus*, Græcus autem *Alcides* Ægyptius *Oſochor* & *Chon*, Indicus *Dorſanus*, Celticus *Ogmion*, & Celtibericus *Endovellicus*, (BANIER *Explicat. Fabb. Tom. III. c. 1*) ut vel ipſum Herculis nomen, non pro proprio, ſed pro appellativo aut epitheto atque honoris qualitatisve titulo, ſi primum ſpectemus uſum, habendum eſſe appareat. Celebris ille Tyrius atque Phœnicius fuit, cui itinera & ſtupenda facta à priſcis memorata plurima tribuenda ſunt. Ipſum nomen ex oriente cum ſumma veri ſpecie repetitur & felicius quam ex etymorum græcorum frigida compoſitione, quales etymologorum induſtria promit plures. רכל mercatorem notare conſtat, הרכל *harokel* inſignem deſignat & potentem Magnarium, à qua voce prona eſt derivatio [Greek] ad græcum idioma inflexa, uti non ſine ingenio, applicando fabulam Herculis ad priſcorum commerciorum originem atque incrementa per itinera difficillima & coloniarum à Cananæis ſeu Phœniciis fundatarum in diſſitis regionibus, fortia conamina, conjicit CLERICUS (*Biblioth. univerſali Tom. I. p. 252*) מרכלת *markaleth* fora ſunt ubi mercium advectarum congeries exponebatur, laudata in urbe Tyro (Ezech. XXVII. 22.) unde Mercurii nomen, qui priſcis dicebatur Merculius, Dei mercatorum inſtructi crumena & vigilantiæ ac prudentiæ ſymbolis, ſicut græcum ejus [Greek] cum Hirami, potentiſſimi Tyriorum Reguli & negotiatoris, in ſequiori Salomonis ævo concordat. Phœnicii primi fuerunt qui ſe committentes ratibus & infido mari, univerſum ſetus maris mediterranei circumnavigarunt, colonias deduxerunt per illas oras, extruxerunt portus & emporia ad oſtia fluminum & in littoribus Græciæ, Archipelagi, Italiæ, Galliæ, Africæ ac Hiſpaniæ, ad Gaditanum uſque fretum, ultra quod & columnas Herculis notiſſimas, progredi tunc non dabatur, quod tanta & teſtimoniorum & exemplorum copia ſummus BOCHARTUS (in immortali opere *Phaleg*) demonſtravit, ut ignarus ſit qui de eo dubitet amplius; ipſum nomen כנעני Cananæus quo indicatur in ſacris oraculis illa pars Chamitarum, quæ colerat in civitates atque extruxerat urbes [illegible] opificia & mercaturam, & diſtincta erat à Pheræzitis paſtoribus divagantibus cum gregibus per campos (Gen. XIII. 7.) CUMBERLANDIUS *ad Sanchoniathonis reliquias* p. 314. & in *Origg. gentium antiquiſſimis* p. 91. [illegible] mercatorem dicit. Ut Phœnicum late diffuſa examina, ſic & commercia ab illis per quam feliciter tractata, quorum ortum & progreſſum pandit HUETIUS (*in hiſtoria commercii & navigationis veterum* p. 31. & ſeqq.) ad plura Herculea fingendos dedere anſam. Quilibet ſocietatem mercatorum notat, primitus Tyro in illas oras miſſam quæ ad ſtabilienda commercia, dum debellarunt latrones, nationes ſibi ſubjecerunt imbelles, adierunt terras inhoſpitas, exciderunt ſylvas ſuccreſcentes poſt diluvium in regionibus incultis, vicerunt, necarunt & abegerunt feras multiplicatas nimis, exſiccarunt paludes foſſis per regiones ductis, ſuccitis petris applanarunt vias, [illegible] ex Japheti progenie docuerunt litteras, artes, ſcribendi & numerandi ſcientiam cum uſu variorum metallorum, id ipſum egerunt, quod portentoſe de factis Herculis relatum legimus; cujus laborum numerus ad [illegible] exſurgit, ſed & ſimul ſubminiſtrarunt Poëtis amplam materiem laudum commerciorum. Sic illa Hercules fida reddidit inter nationes, quibus antea male conveniebat, adeundo atque Græcos & Barbaros (BERGIERUS *de Viis Milit. L. IV. Sect. 43. §. 10. in Theſauro Græviano Vol. X.*) ſic florem Patriæ auxit & reportando ab Heſperidibus non Africanis ſolum ſed & Hiſpanicis [Greek] (quæ perperam creduntur poma fuiſſe) vellera aurea, atque Argonautæ ex Colchide, lanam illarum regionum optimam, quæ adhucdum in pretio habetur (ALDRETE *in Antiquit. Hiſpaniæ, Africæ &c. p. 514. ſeq.*) lanificium introduxit Tyri (Ezech. XXVII. 16. 18.) quamobrem [illegible] Minerva ad latus in antiquis monumentis reperitur, ejus nomen atque ſtatus. Poſſent hæc uberius multo illuſtrari ex Romanorum atque Græcorum antiquitatibus in quibus innumera veſtigia occurrunt negotiationum & quæſtuum ab Herculibus inventorum; ſed ſufficiant quæ ex retruſo ævo & oriente attulimus. Si laudem ſit promerita mercatura æque ac illi, qui eam exercuerunt, dum illa tractabatur uti conducebat ad vitæ [illegible], quæ non tribuenda eſt illi magis excultæ, qua hodiedum vitæ proſpicitur commodis. Tabulæ ſuſpenſæ ſunt Herculi [illegible] (apud GRUTERUM *Inſcript. p. L. n. 1.*) Negotiatoribus celebribus cum mercibus ex diſſitis regionibus merces advehentibus, monumenta ſunt poſita & ſuperſunt hodie, inter quæ memorandum ducimus, id quod viſitur Romæ in vineis apud S. Johannem Lateranenſem (ibid. p. MCXVI. n. 1.) D. M. L. MARIO. PHOEBO. VIATORI. TRIBUNICIO. DECURIAE. MAJORIS. MERCATORI OLEI HISPANI EX PROVINCIA BAETICA. Nos quoque tabulam hanc ſuſpendimus, ſacram memoriæ & bene meritis Viri *Ampliſſimi & Nobiliſſimi* GEORGII LÜNING, Magnarii ex præcipuis florentiſſimi, & per univerſam Europam, quaqua datur aditus per commercia fama incluti, atque Reipublicæ Patriæ Senatoris. Lucem is aſpexit Bremæ Anno ſeculi ſuperioris LXXXII. d. 20. Maji, ortus *Patre* Viro *Ampliſſimo* ALBERTO LÜNING, Magnario celeberrimi nominis & Senatore, *Matre* Fœmina præclara MARGARETHA GIFFENICHT. *Avus* fuit Vir ſpectatus JASPAR LÜNING, Negotiator feliciſſimus, *Proavus* ANTHONIUS LÜNING, Senator Hervordienſis; *Avia* WUNIGUNDA BERENS, *Proavia* ELISABETHA KORBMACHER, Ampliſſimi Viri JOHANNIS KORBMACHERI, Conſulis Hervordienſis filia. Ex materna ſtirpe *Avum* numeravit *Spectabilem* Virum GEORGIUM GIFFENICHT, *Aviam* ANNAM UITHOFF, *Proavum* HENRICUM GIFFENICHT, utrosque mercatores, quorum hic Coloniæ Agrippinæ incunabula [illegible] habuit, *Proaviam* ODILIAM VON DAHLEN. Proba à teneris fruitus eſt inſtitutione, profecit in Pædagogio noſtro, ad quod mature fuit miſſus, uſque quo Ampliſſimo Parenti viſum fuit, ipſum præparatum ſatis ad percipiendas recentiores cultioris Europæ linguas, ad negotiatoriam applicare, quam ſumma cum nominis fama & feliciſſime is exercebat, cujusque tyrocinia ſub ejus ductu poſuit ex voto. Quo evaderet perfectior in mercatura, Londinum ad Herculeam illam urbem miſſus Anno MDCXCIX, per biennii ſpatium in ædibus Fiſcherianis laudatiſſimis, experientiam auxit, viſisque Magnæ Britanniæ emporiis commoratus in Gallias, ubi luſtratis celebrioribus portubus ad Oceanum Atlanticum ſitis, per ſemeſtre Rhotomagi verſatus, diutius ſubſtitiſſet, niſi exardentis in initio hujus ſeculi belli cauſa, patriam inde movere [illegible] coactus. Genevæ, tranſitis Pariſiis & Lugduno illam moram traxit quam Gallis linguæ & delitiarum, quis elegantiæ, quas [illegible] ab animo moribusque, cauſa, impendere conſtituerat, inde vero per [illegible] Helvetia, ſalutato Francofurto ad Mœnum, Vienna, Wratislavia, Berolino, Lipſia, Brunſviga An. MDCCIII. ſalvus & ſoſpes atque auctus ſcientia varia, patrios repetiit lares. Patris optimi & pientiſſimi negotia hinc [illegible] annos curavit ſedulo. Quo vero ipſe lares ſuos ſtabiliret, iterata per Belgium in Angliam peregrinatione, thori ſociam redux Anno MDCCXII. quæſivit & ex voto invenit in condecorata omnibus ſui ſexus ornamentis Virgine, nunc mœrentiſſima Vidua MARGARETHA TIBETHA HARMES, Viri *Nobiliſſimi & Conſultiſſimi* MICHAELIS HARMES, J. U. D. & cauſarum in foro Patrio Patroni dexterrimi & fœminæ egregiæ WOMMELIÆ VON ASCHEN, filia natu majore. Connubium fauſtis avibus initum eſt ejuſdem Anni d. 26 Aprilis, & magna felicitate in annum tricesimum & tertium, cum maxime undena prole beatum eſt, nempe I. ALBERTO, II. Viro juvene Eximio GERHARDO, negotiatorium exercente, III. ALBERTO altero, IV. MICHAELE Viro juvene egregio, herculeis ſacris itidem operante. V. GESA MARGARETHA, ornatiſſima fœmina, [illegible] Anno MDCCXXXVIII. d. 8. Julii duxit vir *Nobiliſſimus & Conſultiſſimus* ALBERTUS GRÖNING J. U. D. & Advocatus feliciſſimus, atque ex illa ſuſcepit prolem alteram ALBERTUM atque MARGARETHAM TIBETHAM. VI. WOMMELIA. VII. MARGARETHA TIBETHA. VIII. Fœmina Laudatiſſima WOMMELIA altera, quæ nupſit Viro *Nobiliſſimo & Conſultiſſimo* JOHANNI DUNTZE, J. U. D. & cauſarum Patrono [illegible], Anno MDCCXLIII. d. 7. Maji, peperitque filiolum Johannem. IX. Juvene pulcherrima [illegible] GEORGIO, L. L. Studioſo. X. ALBERTO tertio & XI. PHILIPPO HENRICO, ex quibus 1. 3. 6. 7. 10. & 11. ad [illegible] abierunt, reliquis ſuperſtitibus & parentis atque [illegible] optimi obitum lugentibus. Non latuit virtus B. Defuncti, quam cum exerceret ſtrenue, uti domui ſuæ profuit, mercaturam faciendo prudenter, integer & ſolers, ſic Patribus Patriæ viſum fuit, Reipublicæ ipſius ſtudia cum laboribus atque experientia quam acquiſiverat ex itineribus & rerum uſu, profutura. Præfecerunt ipſum armamentario Anno MDCCXIX. & poſtquam à [illegible] Collegio Seniorum fuiſſet cooptatus An. MDCCXXI. delegatis ad Curam Ærarii Publici adſcripſerunt An. MDCCXXVI. tandemque cumulum honorum addiderunt allegendo ipſum in Senatum An. MDCCXXXII. d. 11. Octobris. Quanta cura & induſtria his muneribus ſit functus, univerſis notum eſt. Nominis reverens cujus publico cultui intererat frequentiſſime, pius, æquus erga proximum, patriæ amans, integer vitæ, privatimque ac publica negotia, tum gravitate tum concinnitate curavit ſtudioſiſſime, longiore vita digniſſimus. Vegetus valensque olim, hypochondriacis inſultus & dolores calculi tenuem expertus eſt ſubinde ſed tolerabiles, [illegible] in ſex poſtremis vitæ annis, liberatus & elapſa ſuper ætate optime valere viſus, curiam adiens die 14. menſis currentis, nihil ſiniſtri quicquam ſuſpicatus, in ipſo Patrum Conſcriptorum conſeſſu, apoplexia graviſſima [illegible] adeo dejicitur & enervatur, ut ceſſante nec poſtmodum redeunte loquela domum delatus, adhibitis licet præſentiſſimis remediis & aſſidente aliquoties convaleſcendi ſpe, demum d. 17. recrudeſcente malo, & correptis vitalibus, ſpiritum immortalem die 18. circa horam 6. matutinam Deo redderet, poſtquam vivendo expleverat Annos LXII. menſes binos atque dies 18. Conditur hodie corpus in templo Mariano hora pomeridiana [illegible]. Memento ô Lector, cum vita noſtra ſit mercatus, illum proſperrime negotia ſua compoſuiſſe, qui theſauri in cœlis recondit, nec fuit negligens nec oblitus, dum nudi ut acceſſimus relinquemus terram. Val. p. d. [illegible] Auguſti MDCCXLIV.

1744. Q 22 f.
39

RECTOR & PROF
ILLUSTRIS SCHOLÆ B
LECTORI S

Commercia uti fulcra ſunt ſalutis rerumpublicarum,
gerendarum nervum afferunt, ut hæ vitalem illis indunt ſpiritum, ſic olim
ignorat? Inter Deaſtros relatus eſt & fortia atque generis humani flori ſubſervi
ſunt nomine. Fabulis Mythologorum, quos Græcia mendax tulit, ſi cred
ei reſponderet; tot enim diverſos prorſus recenſuit illorum ad fictiones
promanarunt aſcendamus & illos uti decet in Oriente inveſtigemus, non
Herculis atque celebrium illius operum originem, in commerciis à Canan
ſicas atque morales, quas increſcente ſimulacrorum cultu, præter veritatem hiſtoricam his
Hiſtoria orbis terrarum & generis humani recentis quaſi poſt diluvium latet ſub iſtis peplis,
genie ſed ſimpliciore, mundi regiones. Inclaruere in priſco ævo tres celebriores Herculei
SICULUS deſcribit, & ante illum CICERO (*de Nat. Deorum Lib. III. c.* 16.) qui tres alios
ſubjungit, *Joves in priſcis Græcorum litteris invenimus & à Græcis accepimus.* Vel hoc ipſum
gos, qui iſtorum atque aliorum geſta commiſcuere, alia eis attribui nomina, dum Tyrius
Ægyptius *Oſochor* & *Chon*, Indicus *Dorſanus*, Celticus *Ogmion*, & Celtibericus *Endovellicus*,
appellativo aut epitheto atque honoris qualitatisve titulo, ſi primum ſpectemus uſum, habendum
memorata plurima tribuenda ſunt. Ipſum nomen ex oriente cum ſumma veri ſpecie repetitur
ſtria promit plures. רכל mercatorem notare conſtat, הרכל *barokel* inſignem deſignat &
ſine ingenio, applicando fabulam Herculis ad priſcorum commerciorum originem atque incre
gionibus, fortia conamina, conjicit CLERICUS (*Biblioth. univerſali Tom. I. p.* 252.)
(Ezech. XXVII. 22.) unde Mercurii nomen, qui priſcis dicebatur Merculius, Dei mercatorum
pollentiſſimi Tyriorum Reguli & negotiatoris, in ſequiori Salomonis ævo concordat. Phœnicii primi
nias deduxerunt per iſtas oras, extruxerunt portus & emporia ad oſtia fluminum & in littoribus Græciæ,
tiſſimas, progredi tunc non dabatur, quod tanta & teſtimoniorum & exemplorum copia ſummus BOCHART
nanæus quo indicatur in ſacris oraculis illa pars Chamitarum, quæ coierat in civitates atque extruxerat urbes
pos (Gen. XIII, 7. CUMBERLANDUS *ad Sanchuniathonis reliquias p.* 354. & in *Origg. gentium antiquiſſimis p.*
rum ortum & progreſſum pandit HUETIUS (*in hiſtoria commercii & navigationis antiquorum p.* 31. *& paſſim*) ad plur
quæ ad ſtabilienda commercia, dum debellarunt latrones, nationes ſibi ſubjecerunt imbelles, adierunt terras
feras multiplicatas nimis, exſiccarunt paludes foſſis per regiones ductis, ſuccîſis petris applanarunt vias,
rum, id ipſum egerunt, quod portentoſe de factis Herculis relatum legimus, cujus laborum numerus ad
fida reddidit inter nationes, quibus antea male conveniebat, adeundo æque Græcos & Barbaros (BERGIER
bus, non Africanis ſolum ſed & Hiſpanicis μῆλα (quæ perperam creduntur poma fuiſſe) vellera aurea, æque
Antiquit. Hiſpaniæ, Africæ &c. p. 514. *ſeq.*) lanificium introduxit Tyri (Ezech XXVII, 16. 18.) quamobrem toties
Juſtrari ex Romanorum atque Græcorum antiquitatibus in quibus innumera veſtigia occurrunt negotiation
ſit promerita mercatura æque ac illi, qui eam exercuerunt, dum illa tractabatur uti conducebat ad vitæ necessi
ſunt Herculi *invicto pollenti potenti* (apud GRUTERUM *Inſcript. p. L. n.* 3.) Negotiatoribus celebribus cum ma
randum ducimus, id quod viſitur Romæ in vinea apud S. Johannem Lateranenſem (ibid p. MCXVI. n. 1.)
Nos quoque tabulam hanc ſuſpendimus, ſacram memoriæ & bene meritis Viri *Ampliſſimi & Nobiliſſimi* GEORG
mercia fama incluti, atque Reipublicæ Patriæ Senatoris. Lucem is aſpexit Bremæ Anno ſeculi ſuperioris LXXXII
tore, *Matre* Fæmina præclara MARGARETHA GIFFENICHT. *Avus* fuit Vir ſpectatus JASPAR LÜNING,
BERENS, *Proavia* ELISABETHA KORBMACHER, Ampliſſimi Viri JOHANNIS KORBMACHERI,
Aviam ANNAM UTHOFF, *Proavum* HENRICUM GIFFENICHT, utroſque mercatores, quorum hic
inſtitutione, profecit in Pædagogio noſtro, ad quod mature fuit miſſus, uſque quo Ampliſſimo Parenti viſum
quam ſumma cum nominis fama & feliciſſime is exercebat, cujusque tyrocinia ſub ejus ductu poluit ex voto
biennii ſpatium in ædibus Fiſcherianis laudatiſſimis, experientiam auxit, viſisque Magnæ Britanniæ emporiis
tomagi verſatus, diutius ſubſtitiſſet, niſi exardentis in initio hujus ſeculi belli cauſa, pedem inde movere
elegantiæ, qua dedolantur ſubagreſtia ab animo moribusque, cauſa, impendere conſtituerat, inde vero
ſalvus & ſoſpes atque auctus ſcientia varia, patrios repetiit lares. Patris optimi & pientiſſimi negotia hinc
thori ſociam redux Anno MDCCXII. quæſivit & ex voto invenit in condecorata omnibus ſui ſexus ornam
MICHAELIS HARMES, J. U. D. & cauſarum in foro Patrio Patroni dexterrimi & fæminæ egregiæ WO
& magna felicitate in annum triceſimum & tertium, cum maxime undena prole beatum eſt, nempe I. ALBE
Viro juvene egregio, herculeis ſacris itidem operante. V. GESA MARGARETHA, ornatiſſima fæmina,
Advocatus feliciſſimus, atque ex illa ſuſcepit prolem alternam ALBERTUM atque MARGARETHAM
altera, quæ nupſit Viro *Nobiliſſimo & Conſultiſſimo* JOHANNI DUNTZE, J. U. D. & cauſarum Patrono
GIO, L. L. Studioſo, X. ALBERTO tertio & XI. PHILIPPO HENRICO, ex quibus 1. 3. 6. 7. 10. & 11. ad
functi, quam cum exerceret ſtrenue, uti domui ſuæ profuit, mercaturam faciendo prudenter, integre & feli
itineribus & rerum uſu, profutura. Præfecerunt ipſum armamentario Anno MDCCXIX, & poſtquam
An. MDCCXXVI, tandemque cumulum honorum addiderunt allegendo ipſum in Senatum An. MDCC
cujus publico cultui intererat frequentiſſime, pius, æquus erga proximum, patriæ amans, integer vitæ,
valensque olim, hypochondricos inſultus & dolores calculi renum expertus eſt ſubinde ſed tolerabiles,
ſis currentis, nihil ſiniſtri quicquam ſuſpicatus, in ipſo Patrum Conſcriptorum conſeſſu, apoplexia graviſſ
ſentiſſimis remediis & affulgente aliquoties convaleſcendi ſpe, demum die 17. recrudeſcente malo, & cont
Annos LXII. menſes binos atque dies 18. Condetur hodie corpus in templo Mariano hora pomeridiana
cælis reconditi nec fuit negligens nec oblitus, dum nudi ut acceſſimus relinquemus terram. Val. p. d.

ROFESSORES P.
LÆ. BREMENSIS
ORI S.

ſi cum ſcientiis excolantur ab incolis induſtrie, dum illa rerum
à primordiis civitatum, celebrata atque plurimæ laudis fuerunt materies. Herculem quis
ntia quælibet facta quæ in admirationem rapuere ſpectantes poſterosve, herculea vulgari appellata
remus, portentum eſſet merum Hercules, neque deprehenderemus unquam aut uſpiam quod
oclivitas, ut quadraginta tres memoret Varro. Verum ſi ad fontes, unde fabularum rivuli
poſt diluvium inter Chami, ex Noachica propagine, poſteros, cum plurimorum Mythorum,
is late per orbem prolatis deprehendemus, authoribus autem ſuis linquemus expoſitiones phy-
ucris obtectam, invexit Theologia ut dicitur phyſica & ſacrificulorum paganorum calliditas.
nium orientalium efformatis, à quibus cum artibus litteræ diffuſæ ſunt per cultas, ab alia pro-
s ſed ex diverſis nationibus viri, Ægyptius nempe Thebanus & Cretenſis quos DIODORUS
t quos inter ſunt Tyrius, Phœnicius atque is qui ex antiquiſſimo Jove natus erat, *plures enim*
s ad hiſtoriam antiquiſſimarum gentium manuducit, inprimis ſi attendamus apud Mytholo-
ellatur *Thaſius*, Phœnicius vero *Deſanaus* vel *Agenor* vel *Melicarthus*, Græcus autem *Alcides*
NIER *Explicat. Fabb. Tom. III. c.* 1) ut vel ipſum Herculis nomen, non pro proprio, ſed pro
eſſe appareat. Celebris ille Tyrius atque Phœnicius fuit, cui itinera & ſtupenda facta à priſcis
felicius quam ex etymorum græcorum frigida compoſitione, quales etymologorum indu-
ntem Magnarium, à qua voce prona eſt derivatio Ἡρακλῆς ad græcum idioma inflexa, uti non
nta per itinera difficillima & coloniarum à Cananæis ſeu Phœniciis fundatarum in diſſitis re-
markuloth fora ſunt ubi mercium advectarum congeries exponebatur, laudata in urbe Tyro
ſtructi crumena & vigilantiæ ac prudentiæ ſymbolis, ſicut græcum ejus Ἑρμῆς cum Hirami,
t qui ſe committentes ratibus & infido mari, univerſum littus maris mediterranei circumnavigarunt, colo-
ipelagi, Italiæ, Galliæ, Africæ ac Hiſpaniæ, ad Gaditanum uſque fretum, ultra quod & columnas Herculis no-
S (in immortali opere *Phaleg*) demonſtravit, ut ignarus ſit qui de eo dubitet amplius; ipſum nomen כנעני Ca-
xercenda opificia & mercaturam, & diſtincta erat à Pherezitis paſtoribus divagantibus cum gregibus per cam-
rcatorem dicit. Ut Phœnicum late diffuſa examina, ſic & commercia ab illis perquam feliciter tractata, quo-
Hercules fingendos dedere anſam. Quilibet ſocietatem mercatorum notat, primitus Tyro in iſtas oras miſſam
oſpitas, exſciderunt ſylvas ſuccreſcentes poſt diluvium in regionibus incultis, vicerunt, necarunt & abegerunt
es ex Japheti progenie docuerunt litteras, artes, ſcribendi & numerandi ſcientiam cum uſu variorum metallo-
ecim exſurgit, ſed & ſimul ſubminiſtrarunt Poëtis amplam materiem laudum commerciorum. Sic illa Hercules
S *de Viis Milit. L. IV. Sect. 43. §. 10. in Theſauro Græviano Vol. X*) ſic florem Patriæ auxit & reportando ab Heſperidi-
Argonautæ ex Colchide, lanam iſtarum regionum optimam, quæ adhucdum in pretio habetur (ALDRETE *in*
m Minerva ad latus in antiquis monumentis cernitur, ejus nomen atque ſtatua. Poſſent hæc uberius multo il-
& quæſtuum ab Herculibus inventorum; ſed ſufficiant quæ ex retruſo ævo & oriente attulimus. Si laudem
ates, quæ non tribuenda eſt illi magis excultæ, qua hodiedum vitæ proſpicitur commodis. Tabulæ ſuſpenſæ
ne ex diſſitis regionibus merces advehentibus, monumenta ſunt poſita & ſuperſunt hodie, inter quæ memo-
M. L. MARIO. PHÆBO. VIATORI. TRIBUNICIO. DECURIÆ. MAJORIS. MERCATORI OLEI HISPANI EX PROVINCIA BÆTICA.
I LÖNING, Magnarii ex præcipuis florentiſſimi, & per univerſam Europam, quaqua datur aditus per com-
XXII. d. 30. Maji, editus *Patre* Viro *Ampliſſimo* ALBERTO LÖNING, Magnario celeberrimi nominis & Sena-
G, Negotiator feliciſſimus, *Proavus* ANTHONIUS LÖNING, Senator Hervordienſis; *Avia* WUNIGUNDA
ülis Hervordienſis filia. Ex materna ſtirpe *Avum* numeravit *Spectabilem* Virum GEORGIUM GIFFERNICHT,
loniæ Agrippinæ fortunarum ſedem habuit, *Proaviam* ODILIAM VON DAHLEN. Proba à teneris fruitus eſt
it, ipſum præparatum ſatis ad percipiendas recentiores cultioris Europæ linguas, ad negotiatoriam applicare,
Quo evaderet perfectior in mercatura, Londinum ad Herculeam illam urbem miſſus Anno MDCXCIX, per
ranſiretavit in Gallias, ubi luſtratis celebratioribus portubus ad Oceanum Atlanticum ſitis, per ſemeſtre Rho-
ſſet coactus. Genevæ, tranſitis Pariſiis & Lugduno illam moram traxit quam Galliis linguæ & delitiarum, quin
rata Helvetia, ſalutato Francofurto ad Mœnum, Vienna, Wratislavia, Berolino, Lipſia, Brunſuiga An. MDCCIII.
octo annos curavit ſedulo. Quo vero ipſe lares ſuos ſtabiliret, iterata per Belgium in Angliam peregrinatione,
tis Virgine, nunc mœrentiſſima Vidua MARGARETHA TIBETHA HARMES, Viri *Nobiliſſimi & Conſultiſſimi*
ELIÆ VON ASCHEN, filia natu majore. Connubium fauſtis avibus initum eſt ejuſdem Anni d. 26 Aprilis,
TO. II. Viro juvene Eximio GERHARDO, negotiatoriam exercente. III. ALBERTO altero. IV. MICHAELE
am Anno MDCCXXXVIII. d. 8 Julii duxit vir *Nobiliſſimus & Conſultiſſimus* ALBERTUS GRÖNING. J. U. D. &
THAM. VI. WOMMELIA. VII. MARGARETHA TIBETHA. VIII. Fæmina Laudatiſſima WOMMELIA
rrimo, Anno MDCCXLIII. d. 7. Maji, peperitque filiolum Johannem. IX. Juvene pulcherrima minante GEOR-
ros abierunt, reliquis ſuperſtitibus & parentis atque ſoceri optimi obitum lugentibus. Non latuit virtus B. De-
r, ſic Patribus Patriæ viſum fuit, Reipublicæ ipſius ſtudia cum laboribus atque experientia quam acquiſiverat ex
tatiſſimo Collegio Seniorum fuiſſet cooptatus An. MDCCXXI. delegatis ad Curam Ærarii Publici adſcripſerunt
XII. d. 11 Octobris. Quanta cura & induſtria his muneribus ſit functus, univerſim notum eſt. Numinis reverens
a æque ac publica negotia, tum gerenda tum concredita curavit ſtudioſiſſime, longiore vita digniſſimus. Vegetus
ab eis in ſex poſtremis vitæ annis, liberatus & elapſa nuper æſtate optime valere viſus, curiam adiens die 14 men-
, adeo dejicitur & enervatur, ut ceſſante nec poſtmodum redeunte loquela domum delatus, adhibitis licet præ-
a vi vitali, ſpiritum immortalem die 18. circa horam 6. matutinam Deo redderet, poſtquam vivendo expleverat
Memento ô Lector, cum vita noſtra ſit mercatus, illum proſperrime negotia ſua compoſuiſſe, qui theſauri in
2. Auguſti MDCCXLIV.